

18  
I. N. D. O. M.

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

*Cauta in mendicos beneficentia,*

---

Quam

*Consensu Amplissimi Senatus Philosophici in Regia  
Academia Aboënsi,*

PRAESIDE

*Mag. JOHANNÉ BILMARK,*

*Histor. ac Phil. Pract. Prof. Reg. & Ordin.*

PRO LAUREA

*Publice examinandam proponit*

*AUGUSTUS FREMLING,*

*Stip. Wahlmanus, Ostrobotnienfis.*

*In Auditorio Majori die XII Junii An. MDCCXCV,*

*Horis ante meridiem consuetis.*

---

ABOÆ,

TYPIS FRENCKELLIANIS.

M. O. M.  
KONUNGENS

DISSERTATIO ACADEMICA

Tro;-Tjenare och Borgmästare,

Caro in meritis beneficiis  
Valade

Herr **CARL SOWELIUS**,  
Consensu Amplissimi Senatus Philosophici in Regia  
Academia Absolis

P R A E S I D E

Mag. **JOHANNES BILMARK**,

Histor. et Phil. Prof. Reg. et Ordin.  
Tilägns detta Akademiska Arbete

P R O L A U R E A

Publice examinandum proponit

**AUGUSTUS FREMLING**

Stip. Woblianus, Ophtholmicus.

In Auditorio Majori die XII Junii An. MDCCXC.

Horis ante meridiem conclusis

A B O E,

Tro;-Tjenare och Borgmästare  
AUGUST FREMLING.



## PRÆFATIO.

**Q**uamvis omnia, quæ Summus Deus creavit atque præcepit, pro eximia Sua bonitate in generis nostri felicitatem sint destinata; attamen quum satis prævideret, homines, sine justa viventes norma, hunc finem non assecuturos, rationem, immensæ Suæ sapientiæ particulam, eorum animis indidit, tam donorum suorum dispensatricem, quam actionum moralium moderatricem futuram; ejus dictamina ut jugiter observemus, eo magis est necessarium, quod, eis neglectis, tam illa, quam hæc istum contentum graviter ulcisci soleant. Ponamus enim, opiparas quasvis epulas nec non exquisita vina nobis apponi, his uti omnino licet; at nisi modum aviditati statuamus, fiet, ut vires corporis non reficiantur, sed venter oppletus varias nobis pariat molestias, sanitati prorsus adversas. Valet hoc non solum de immodico rerum naturalium usu, sed de actionum quoque moralium, vel ut specialius dicamus, de virtutum exercitio, in quo si modum etiam observandum esse contenderimus, nos, invita veritate, nihil asseruisse putamus. Extra omnem enitæ positum est dubitationem, quod illum observantes, adeoque

A

que tam excessus Scyllam, quam defectus Charybdin præternavigantes, officia sua rite demum præstent; in cujus argumenti illustrationem quum plura afferri possent exempla, unico hac vice erimus contenti. Nemo non agnoscit, *beneficentiam*, seu virtutem illam, qua partem bonorum nostrorum aliis, eorum indigis, benigne & sine spe quadam remunerationis concedimus, sedulo & quantum nostræ permittunt facultates, esse exercendam, quippe qua vix firmiter ullum datur socialitatis vinculum aut medium aptius amicitiam aliorum demerendi; monet tamen & ratio & experientia, illam caute ac prudenter esse colendam, cæteroquin culpa dantis aut accipientis vel alterutri, vel utrique, quin & interdum toti civitati noxiam futuram. Quod ne contingat, in hac dissertatione speciatim ostendemus, *beneficentiam* in mendicos cautam esse debere, Benevolum Lectorem prius rogantes, ne nostram ita interpretetur disquisitionem, quasi studium aliis benefaciendi sufflaminare vellemus, sed illud ita esse administrandum docebimus, ut idem tam mendicis, quam civitati, fiat ex æquo utile.

§. I.

Diversam valde esse hominum tam aliis respectibus, quam ratione bonorum fortunæ, uti dici siveverunt, seu opum, conditionem, eosque harum intuitu generaliter dispesci in *divites* atque *pauperes*, quorum utramque classem multas admittere modificationes, noto est notius. *Divites* appellamus quotquot tanta rerum gaudent copia, quanta non solum necessariis vitæ præsiidiis, sed commoditatibus etiam ad vitæ elegantiam pertinentibus, sine molesta quadam jactura sibi comparandis sufficiat; quibus autem in opibus distribuendis parcam se fortuna præbuit

novercam, hos generali nomine *pauperes* nuncupamus. Horum alii continuo studio ac pertinaci labore adminicula vitæ maxime necessaria sibi suisque ægre comparant, comparant tamen; adeoque aliis vel nullo vel minimo sunt incommodo, ab eis proinde diversi, qui in diem vivunt, & id tantum habent, quod assiduo & importuno clamore ex prætereuntium crumenis emungere possunt, quos *mendicos* appellamus. Ad *pauperum* igitur, non autem ad *mendicorum*, classem referimus homines miserabiles, quotquot vel rationis deliquium ita sunt passi, ut suis rebus prospicere nequeant, vel quorum corpus senectute, morbis aut infortuniis ita est debilitatum, ut, quamvis non desit voluntas, operis tamen necessariis præstandis sint impares, qui aliorum subsidiis sunt digni, si præter suam culpam in hunc pervenerint statum. Mendici autem vel in flore ætatis vel vegeto adhuc, saltem morbis ac calamitatibus non ita affecto sunt corpore, ut necessariis vitæ præsidiiis sibi acquirendis, si modo vellent, non sufficerent, sed quibus magis aridet, stipem ostiatim colligere, & tempus nihil agendo utcunque fallere; in quos digitum intendimus, cautam in mendicos beneficentiam commendantes. Antequam hinc digredimur, verbo saltem monendum, quosdam fuisse Eruditos, qui in paupertate laudandâ operam magis ingeniosam, quam utilem collocaverint, voce enim illa sortem reapte intelligentes mediocrem, non superflua habentem, sed nec adminiculis vitæ necessariis plane destitutam, nevé reticendum, istorum non paucos paupertatem ita abhorruisse, ut patrimonium suum modis etjam interdum minus honestis augere, sibi dedecori non duxerint.

§. II.

Si cut mendicitatis, generatim spectatæ, sunt variæ quasi p ropagines; ita hæc diversas etjam agnoscunt matres, quas in ter primo loco nominanda est *ignavia*, quo quidem vitio vix datur aliud ordini in natura constituto magis adversum. Quamvis enim Deus pro summa sua bonitate quævis dona creaturis suis munifice concesserit, in earum conservationem ac felicitatem destinata; hæc tamen ad quemvis non inveniunt pasum, sed necesse est, ut impigro eadem demereantur labore; non quod summis suis perfectionibus quidquam ita accedat, sed quod talem eis dederit corporis constitutionem, ut nisi studio parata nec grata obveniant utentibus, nec assumpta ita profint, prout vera postulet utilitas. Ignavos igitur utraque libenter dormientes aure, vel tempus ineptiis fallentes & quodvis laborum genus, ceu angue ac peste pejus, fugientes, in eum sensim devolvi necesse est statum, ut nihil habeant præter id, quod aliorum beneficentia eis porrigat, mendicorum proinde classi se adjungentes, more terarum interdum bene edentes, plerumque autem fame ac siti quasi fatifcentes. Ex matre adeo torpida non singulos tantum homines, sed integros subinde cœtus, in generis nostri opprobrium prognatos fuisse novimus. Spectat hæc censura numerosos mendicantium Ordines, paupertatem quidem professos, quorum autem avaritiæ satiandæ vix sufficerent totius orbis Christiani divitiæ. Nota sunt *Minorum*, *Minimorum*, *Humiliatorum* nomina, & quantam pecuniarum vim per pias fraudes claustris monasteriorum inferre soleant; quos licet nihil impediatur, quominus honesto labore vivere possent, malunt tamen mendicando bona sibi comparare, quæ segni otio deinceps consumant. Alii rursus

in opulentia finu nati & educati, dum nullam rei oeconomicae gerunt curam, sed suas & avitas opes prodigunt, in voraginem indigentiae opinione citius praecipitantur; ex qua aliquantum emergendi commodiorem nullam putant viam, quam mendicorum augendo classem. Alii fastu turgentes, & a sua dignitate, utcumque inopes, alienum putantes, labore quantumvis honesto necessaria sibi comparare, opulentiorum potius praesent manus, quam quidquam agerent, in quo ignobili assimilarentur plebi. Ex his mendicorum familiis provenientes liberi, quum nullam aut pravam educationem consequantur, parentum suorum vivendi rationem imitantur, mendicorum cohortem immane quantum augentes. Praeter hos dantur mendici quidam ingeniosi & industrii, stipem quidem non gratis rogantes, sed ostentatione rerum & artium ludicarum summas pecuniarum haud mediocres gravis civibus subducentes; ad quos pertinent Saccularii, Fritillarii, ollis fortunae ludentes, aliique similis farraginis histriones, ad utilia civitatis membra neutiquam referendi. Notari meretur observatio D. ni MON' ESQUIEU, quod mendicorum familiae plerumque sint numerosae: *Les gens qui n'ont absolument rien, comme les mendiants, ont beaucoup d'enfans. C'est qu'ils sont dans le cas des peuples naissans; il ne coûte rien au pere pour donner son art à ses enfans qui même sont en naissant des instrumens de cet art. L'Esprit des loix Tom. III p m. 10.* Forte autem Divina Providentia in eo etiam elucet, quod numerosae sint mendicorum familiae, ut hi, naturali liberorum amore ducti, magis excitentur ad ignaviam fugiendam & aliquid suscipiendum, liberis suis profuturum, spe reciprocae opis, ab his in posterum obtinendae.

Beneficentiam in mendicos cautam esse debere, nunc ostensuri, mores eorum paucis expendamus, ex quorum videlicet indole quid civitas expectare debeat, colligi potest. Vidimus modo, mendicitatem ex ignavia potissimum provenire. Sicut igitur aquæ, diu nimis in loco quodam stagnantes, nec ventorum flabris agitatae, adeo corrumpuntur, ut eisdem fruendum sanitatem destruant; ita etiam per ignaviam sanguis & humores viscositatem, in materiam variorum morborum abeuntem, contrahunt; imo anima necessariis quo demum cunque modo parandis intenta, moralitatem actionum raro expendit. Non amant quidem mendici suum squalorem, quominus autem eum eluctari conentur, inveterata obstat ignavia. *Cette engeance cause une infirmité de maux. Elle fuit le travail, elle distrahit ceux qui s'occupent, elle seduit par l'exemple, elle excite à la paresse ceux qui y ont quelque penchant, elle emporte lentement beaucoup d'argent hors du país, elle devient la cause, soit prochaine, soit éloignée des Vols, des Assassins, des Incendies &c. a).* Omnium igitur populorum annales docent, civitates haud ita pridem florentissimas, aucto mendicorum & obætorum, præsentia fastidientium & novarum rerum studiosorum, numero, in gravissimum interitus discrimen fuisse vocatas. Nec enim ultima hæc fuit causa, quare respublica Romana tot seditionibus ac bellis civilibus agitaretur, quam quod malefana inopia, qua major civium pars premebatur, hos reddiderit ferociores, existimantes, amplissimam in turbido fieri piscaturam. Videri quidem posset, mendicos per suam inopiam impediri, quominus quidquam moliantur; docet autem experientia, his idem, quod animalibus quibusdam torpidis



dis accidere, quæ scilicet ubi exagitata fuerint, ita ferocia fiant, ut iracundiæ suæ vix ullum statuunt modum. Alterum quod attinet genus mendicorum, qui ex opulentiæ culmine in vitæ angustias per suam prodigalitatē fuerunt redacti, hi pristinæ suæ sortis non immemores, oculis pariter ægris & tristē suum statum & lautam aliorum conditionem intuentur, & cum fodere sint inassueti, & aperte mendicando tenuem sibi colligere stipem dedignantur, nullum non flagitii genus sibi permittunt. Fallunt igitur, decipiunt, fas & nefas eodem loco habentes; quantum itaque periculum ex his, quorum subrutus est census, cuius civitati imminet, haud e longinquo quisque videt, & vel suo exemplo famosus comprobatur Catilina. Quid? Quod malum ab utroque hoc mendicorum genere imminens, eo est gravius, quod aura popularis eis favere solet; dum enim Nomen Domini suis immiscunt roagationibus, impietas habetur, eis open negare, imo hos, velut Dei alumnos etiam religione quadam vulgus metuit offendere, unde tamen non moratiores, sed magis temerarii evadunt. Ex utrisque orti liberi antecessorum æmulantur vitia, & quamvis duritiem sortis suæ non raro experiantur fere intolerabilem, licentiam tamen, qua fruuntur, majoris censent, quam honestam vitæ degendæ rationem, labore atque studio obtinendam.

a) vid. *Institutions Politiques par Mr. BIELFELD, Tom. I. pag. 66.*

§. IV.

A mendicis his, qui corporis Politici sunt quasi carcinomata, distinguendi omnino sunt *pauperes*. Dum hi enim nec curas nec labores intermittunt, quibus sortis suæ miseriam eluctentur, saltem minuunt, agere ferentes, quod

quod opem aliorum sollicitare subinde cogantur, pro qua igitur impetrata gratias agunt habentque magnas; mendici ex adverso, fruges consumere nati, præceptam Divinum, quo uniuersique injungitur, ut in sudore vultus sui se alat, plane negligunt, aliis sua procacitate continuas creant molestias, stipemque non ut beneficium, sed ut debitum, rogant. Quantam igitur pauperes merentur curam, quibus, opibus valens, qui non benefacit, in legem Naturalem, qua alios amare jubemur, peccat; tantam cordatus civis adhibet cautionem, beneficia in mendicos collaturus; probe gnarus, quod si his promiscue desideratam opem præstet, noceat tam sibi, suas facultates inconsulta largitione dissipando, quam reapse pauperibus, in ignavos fucos conferendo bona, industriis apibus exhibenda. Imo ne quid dissimulemus, ipsis nocet mendicis, ignaviæ eorum pulvinar subdens, quorum numerus eo magis augetur, quo faciliorem vitam sustentandi modum per aliorum beneficentiam invenerint; haud aliter atque ager, tribulis & loliis scatenus, per copiosum ei accedens solamen, eisdem luxuriare incipit. Quocirca quæret forte quispiam: An mendicorum nulla habenda sit cura, sed hi suæ miseræ relinquendi? Quod utpote inhumanum prorsus negamus; profecto quum civitatis sint membra, licet morbo corrupta, remedia eis adhibenda, quibus non solum convalescant, sed sanitatem etiam consequantur. Quem in finem mendicitas severis primum coercenda legibus, quarum executioni sollicite erit invigilandum. Deinde quum mendici plerumque causentur, se suam quidem detestari sortem, sibi autem aliam non suppetere rationem, necessarium victum & amictum, quam mendicando, sibi comparandi, superiorum erit ita curare, ut per collatitias pecuniarum summas cuilibet mendico detur occasio, aliquod

opus

opus exercendi, cuius pretium ipsi cedet instituto, in aliqualem compensationem victus & amictus ei exhibiti, vel mendici cogendi, aliis pro certa mercede operas addicere; qui vero partes suas vel segniter vel perperam ex mera egerint malitia, convenientibus afficientur panis. Hujus disciplinæ consequens erit, ut quum mendici servitutem istam, loco & tempori adstrictam, ægerrime ferant, & tamen ad baculum & saccum reverti propter interdictum non audeant, laboribus sensim adsuæcant. Esto, mendicos venditare istam severitatem, ut tyrannidis speciem, in sua tamen causa non sunt audiendi; nulla enim eis sit injuria, jus enim civitatis sicuti ceteri incolæ, non alia acceperunt conditione, quam ut ad patriæ felicitatem symbolum, qualem possunt, conferrent, minime vero ut per plateas otiosi, & quodvis licentiæ genus sibi permittentés, vagarentur.

§. V.

Rigidam hanc esse Philosophiam & philanthropiæ adversam vix dixerit alius, quam qui culpa media, ceu dici suevit, partem sequiorem esse eligendam, præ animi sui mollitiæ censuerit; mendicitati enim, ut morbo civili, mendandæ leniora non sufficiunt pharmaca. Quare etiam nobis assentiunt, quotquot felicitatem civium esse supremam reipublicæ finem, in animum induxerunt; quod vero antequam probamus, haud præter rem erit, prius observasse, antiquissimis temporibus mendicos quosdam, quales sequior vidit ætas, vix fuisse inventos. Occurrit quidem in Mosis scriptis frequens pauperum mentio, mendicorum autem nulla. Quare illustr. I. D. MICHAELIS: *So viel ist gewiss, der Name Bettler, kommt in seinen*  

B Schrif-

*Schriften, ja in dem gantzem Alten Testament nirgends vor*  
*- - - das verbum, Betteln, stebet auch nirgends in Mose,*  
*sondern blos einmahl in Psalmen CIX. 10, unter den Fluchen,*  
*damit die Feinde Davids. ihn vermunsche. Erst im Neuen*  
*Testament finden wir Bettler etwas öfter erwähnt, doch nicht*  
*eigentlich in die Häuser herumgehende, - - sondern Blinde,*  
*Kranke und Gebrechliche, die an der Landstrasse, vor der*  
*Thür des Tempels, oder auch vor eines Reichen Hause lie-*  
*gen a). Postmodum autem invenimus, ignaviam atque*  
*mendicitatem panis fuisse coercitas. Digna in primis*  
*de hac re est Lex Aegypti Regis, AMASIS, quæ qua par-*  
*tem in civitatibus adhuc vigeret, quam jubeat, singulos*  
*quotannis coram Magistratu comparere & significare, qua*  
*ratione quisque vitam sustentaret. Quod si non probasset, se*  
*ex fructibus prædiorum aut honesto quæstu vitam agere, aut*  
*convinceretur, otio diffluxisse, capite plecebatur b); quam*  
*legem Athenas deinceps transulit SOLON c). A quibus*  
*nec dissentit PLATO: Nemo in nostra civitate mendicus*  
*esto: quisquis id tentaverit, & miserabilibus precibus stipem*  
*victumque collegerit, cum Præfetti e foro, Aediles tota urbe,*  
*& agrorum Præfetti tota regione exterminent d). Quæ ve-*  
*ro statuta, vel poenas capitales vel deportationem in lon-*  
*ginquas a patria oras mendicis minitantiâ, nos nimis ri-*  
*gida existimamus, morem Medicorum, membrum quod-*  
*dam corporis, donec spes quadam sanitatis supersit, non*  
*amputantium, a Politicis imitandum esse putantes. Me-*  
*delam mendicitatis, ab Illustri Libero Barone de BIELFELD*  
*indicatam præcipue probamus: Dans chaque Ville on éta-*  
*blit une Maison de travail proportionnée à sa grandeur, où*  
*des Valets de Ville, payés exprès pour ramasser tous les*  
*gueux, les traînent & les y enferment. C'est-là où la main*  
*de ces mendians est utilement employée à filer la laine & le*  
Friburg
Cot-

*Cotton*, à tailler des bouchons des bouteilles, à raper des bois, à préparer de drogues de teinture & à d'autres travaux faciles à apprendre. L'Expérience m'a fait connoître qu'au bout de dix ans après la fondation d'une pareille Maison, elle n'a eu besoin de nourrir que quatre cens Pauvres, dans une Ville Capitale d'ailleurs bien policée, & qui contenoit au moins cent mille habitans. L'Entretien de ces 400 personnes coutoit par année commune environ 8 à 9 mille Ecus d'Allemagne, ce que revenoit à 20 ou 22 Ecus par tête. Ces memes 400 personnes peuvent encore gagner par le filage quatre mille Ecus par an, sans les accabler le moins du monde. Ainsi chaque pauvre de cette espèce coute à l'Etat 10 Ecus, pour le quels il peut être fort honnêtement nourri, vestu, logé, échauffé &c. & cent milles Citoyens ne contribuent que quatre mille ecus, ou quelques liards par tête à ce sage établissement, qui les affranchit de toutes les vexations des mendians. Mais il faut qu'une pareille Maison soit sagement réglée, & que la direction en soit remise à un des premiers Citoyens, qui se fasse une gloire de servir si utilement à l'Etat sans aucune vûe d'intérêt e).

a) Vid. *Mosaïches Recht* Tom. II. p. m. 464, 465. b) vid. *HERODOTI* Libr. 2. item *DIODOR. Sic. Libr.* c) vid. *PLUTARCH. in vita Solonis.* d) vid. *Libr. de Legibus.* e) vid. *Libr. ante cit. Tom. I. p. 66, 67.*

## §. VI.

Cautelis circa beneficentiam in mendicis observandis & hactenus allatis quasdam adhuc liceat addere, sine quibus illa magis speciosa, quam utilis evadit. Concedimus equidem per publica edicta, quibus cæteri cives obstrin-

guntur, curam pauperum agere, ordini ac tranquillitati reipublicæ bene consuli; si autem illi in generalibus subsistant præceptis, officio suo satisfactum putantes, dum quisque pro suis facultatibus certum quotannis stipendium in commune contulit, mendicis stato tempore numerandum, experientur, malum mendicitatis ista liberalitate non imminui, sed magis incrementum, mendicis in diem vivere pergentibus, & quod futuris inserviret usibus, cito contumenciosus. Ut igitur mendici ad meliorem reducantur frugem, omnino requiritur, ut vagabundum ac licentiosum eorum vitæ genus prorsus inhibeatur; quod fiet, si tales, quotquot mendicari deprehendantur, vel publicis includantur ergastulis, vel, his deficientibus, certum unicuique assignetur hospitium, quo si quis pannosus in plateas egrediatur, & aliis stipem petendo molestias erret, aut carceri mancipabitur, aut pœna afflictiva publice castigabitur. Præsumere enim licet, unum alterumve justæ severitatis exemplum, in contumaces statutum, cæteris in officio ac domi continendis in posterum suffecturum. Invaluisse alicubi, præsertim rure, accepimus morem, ut parochiani mendicos ibi degentes par vices in domus suas recipiant, receptisque necessaria vitæ adminicula præbeant; quam vero consuetudinem hospitibus & *activis*, tam alias ob causas, quam præcipue ob periculum morborum maxime incommodam, & *passivis*, occasionem prioris vitæ desultoriæ hinc arripientibus, nequamquam convenire putamus; satius enim foret, si egenus in domo, cui assuevit, commoretur, & stipendium probo Patrifamilias ea conditione tradatur, ut mendici curam agat, & labori, cui par est, illum quotidie adstringat. In urbibus, quarum cives ædes extruxerunt operarias, facilius est modus, mendicos coercendi, dictis locis eos inclu-



cludendo, ac disciplinæ publicæ auctoritate confirmatæ eos subjiciendo, ratione tam vitæ, quam pensi ab unoquoque præstandi. Si qui autem horum mendicorum ferociæ cristas non deponant, sed Curatoribus suis, licet integerimis, negotium sapius facescant, & ipsi indignentur & aliorum sui similibus bilem commoveant, nequitia quoddam genus exerçant, morbum simulent, aut administrationi œconomicae se temere ingerant, statutas pœnas haud effugient. Enimvero dicit forte quispiam: rigidam adeo disciplinam hominibus per naturam liberis non convenire; fatemur, libertatem esse indoli humanæ maxime amicam, simul tamen urgentes, libertatem veri nominis non esse legum observantiæ contrariam, proindeque ab effrena licentia distinguendam. Nec tamen philanthropiæ consentaneum esse putamus, ut mendici, publica excepti æde, huic ita sint alligati, ut eadem nunquam egredi, aut aliud vitæ genus amplecti illis non liceret; quin potius si constiterit, quosdam priorem suam detestatos licentiam, moratiores esse factos, & spes fuerit, eos necessaria in posterum honeste comparare posse, vel propinqui eos in suam admittere velint domum, eis, ut nobis videtur, reditus in aliorum societatem ea conditione erit permittendus, ut si mendicari in posterum deprehendantur, excepti publicis operis ita mancipentur, ut spes egrediendi, quæcunque pro eis offeratur sponso, nulla deinceps supersit. His vero meditationibus quominus diutius immoremur, prohibet cum temporis angustia, tum facultatum nostrarum tenuitas.

*In Auditorio N.º. 10.º. die 27.º. Junii MDCCCLX.*

S. D. G.

*1807, Typis P. C. K. V. G. V. G. V. G.*

claudendo, ac disciplina publica auctoritate confirmata eos  
 subducendo, ratione tam vix, quam peni ad erodendum  
 praestandi. Si qui autem horum mendicorum terrore  
 castas non deponant, sed Curatoribus suis, licet inter-  
 timis, aegrotum sepius faciant, & ipsi indigentibus &  
 aliorum sui similibus bilem commoveant, nequiter quod-  
 dam genus exerceant, morbum simulent, aut adstantia-  
 tioni oeconomica se tenere ingerant, factus potius hand  
 effugiant. Enimvero dicit forte quispiam: rigidam aequo-  
 ditatiam hominibus per naturam liberis non conveni-  
 re; factam, libertatem esse in doli humanae maxime anti-  
 cam, simul tamen urgentes, libertatem veri nominis non  
 esse legum observantia convariam, proindeque ad effe-  
 ctus licentia distinguendam. Nec tamen philanthropia con-  
 siderandum esse pauperum, in mendici, publica excepti adeo  
 hinc ita sit aliquid, ut eadem bandam egredi, aut aliud  
 vix genus amplexi illis non liceat; cum potius si consti-  
 terit, quosdam priorem legem detestatos licentiam, mora-  
 tiores esse factos, & spes facere, eos necessaria in postremum  
 honeste compare posse, vel propinquos eos in suam ad-  
 mittere velint domum, eis, ut nobis videretur, redius in  
 aliorum locietatem ea condicione erit permittendus, ut si  
 mendicant in postremum deprehendantur, excepti publicis  
 operis ita mancipentur, ut spes erediendi, quocunque pro  
 eis offeratur ipso, nulla deinceps superesse. His vero  
 medicamentis quominus genus immoretur, prohibet  
 cum temporis angustia, tum salutem nostram tenentis